Եւ ծարաւեալ : Եւ Eſt conjunctio copulativa Et, atque. Ծարաւեալ autem eſt tempus præteritum infinitivi modi à verbo neutro ծարաւիլ Sitire, cum ſpiritu aſpero litteræ ւ ſuperimpoſito.

Յետոյ : Eſt Præpoſitio ex non ingredientibus vocum compoſitionem. Sic e.g. Poſt, Poſtea. Percipere pauliſper lubeat diſtinctionem illarum præpoſitionum, quæ vocum compoſitionem ingrediuntur, et non ingrediuntur: Breviter dicam; Præpoſitiones compoſitionem ingredientes dicuntur eæ, quæ ſemper ab initio compoſitionis ponuntur, et quandam quaſi unionem conſtituunt cum ſubſequente vocabulo. Econtra non ingredientes compoſitionem ſunt eæ, quæ ſemper ſeparatim ponuntur, nullumque nexum ſubſequentis vocabuli patiuntur.

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 1513, p. 91 – <i>Confessio fidei Armenicæ ecclesiæ</i> in Armenian and Latin (http://www.e-codices.ch/it/csg/1513/91)